

& resipiscant de diaboli laqueis, captivati ab ipso in ipsius voluntatem. Si ergo aliquid asperè diximus, non ad amaritudinem dissensionis, sed ad correctionem dilectionis valere cognoscat. Incolumis vivas, in Christo dilectissime & honorabilis frater.

EPIST. CLXVI.

Augustinus Donatistas redarguit, & hortatur ad unitatem Ecclesiæ: Non enim convenire, ut, qui communiter agnoscerent Christum Ecclesiæ caput è sacris literis, Ecclesiam illius corpus ex eisdem non agnoscerent, quum pariter utrumque doceant.

Augustinus, Episcopus catholicus, Donatistis.

*V. Possid.
in Ind.*

Matth. 5.

*9.
Psal. 119,
(120,) 7.*

754.

** in
Chr*

Charitas Christi, cui omnem hominem, quantum ad nostram pertinet voluntatem, lucrati volumus, tacere vobis non permittit. Si propterea nos odistis, quia pacem vobis catholicam prædicamus; nos Domino servimus dicenti: *Beati pacifici: quoniam ipsi filii Dei vocabuntur.* Et in Psalmo scriptum est: *Cum iis, qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar eis, debellabant me gratis.* Propterea mandaverunt nobis quidam presbyteri partis vestræ, dicentes: *Recedite à plebibus nostris, si non vultis, ut interficiamus vos.* Quanto justius eis nos dicimus: Imò vos non recedite; sed accedite pacati ad plebes, non nostras; sed illius, cujus omnes sumus: aut si non vultis & impacati estis, vos potius recedite à plebibus, pro quibus Christus suum sanguinem fudit; quas ideo vultis vestras facere, ne Christi sint; quamvis eas sub ejus nomine possidere conemini: tanquam si servus furetur oves de grege domini sui, & quæcunque ex illis nata fuerint, characterem domini sui eis infigat, ne furtum ejus possit agnosci. Sic enim fecerunt majores vestri, separaverunt ab Ecclesia Christi populum habentem baptismum Christi, & quicumque illis accreverunt, baptismum Christi eos rebaptizaverunt. Sed Dominus & fures punit, si non se correxerint, & oves ab errore revocat ad gregem, nec in eis suum exterminat characterem. Dicitis nos Traditores, quod nec majores vestri in majores nostros potuerunt, nec vos in nos probare ullo modo poteritis. Quid vobis, vultis, faciamus, qui, quando vobis dicimus, ut causam nostram & vestram patienter audiatis, non nôstis, nisi superbire & insanire? Nam utique ostenderemus vobis, quia potius illi Traditores fuerunt, qui Cæcilianum & socios ejus quasi traditionis crimine damnaverunt: & dicitis: *Recedite à plebibus nostris?* quas docetis, ut vobis credant, & * Christo non credant. Vos

Vos en
Ecclesi
non de
sed d
Christ
peccato
ore Ch
dione
mus, q
tis, qu
rus au
tetror
tiente
cum
runt
rim
lon
git
volu
ne oc
eorum
coge
luta
liber
caus
nus l
subd
cleric
se lun
mare
* Qui
trans
nisi ut
tem ca
ria pro
mens
stri, q
unita
am, l
potui